



PALAEASTRA LATINA

S U M M A R I U M

QUID TUA INTEREST? MEA NIHIL REFERT. (Emmanuel Jové).

COMMERCIO EPISTULARE.

PUER JESUS ET S. STANISLAUS. (J. Llobera).

ARMATURA. (I. González).

LEPIDA PRO PUERIS NARRATIUNCULA. (J. Llobera).

DOMUS PATERNAE DESERTOR. (Philoponus).

GAUDIA ET TRISTIA STI. JOSEPH. (Bota).

VENUS MILI. (Phidiacus).

EXERCITATIONES SCHOLARES.

PALAESTRICUS EPEBIS SUIS.

PER ORBEM.

BIBLIOGRAPHIA. (González, Jové, Martí, Mir).

Ordinarii atque Superiorum permissu

B i b l i o g r a p h i a

F. Rebêlo Gonçalves.— Περὶ τινῶν Ὁμηρικῶν ἐπιθέτων εἰς Ἀπόλλω ἀνγκότων. Ἐν Ὀλυσιπῶνι.

Breviusculum hoc opus lubens perlegi, in quo auctor Graecanica lingua de praecipuis in Apollinem epithetis Homericis nonnulla innuit. Obtutum mentis figere in indolem, characterem, vires ipsius dei, via est aptior, prout fert ejus sententia ad variorum cognomentorum detegendam significationem. Diversa deinde adfert Apollinis epitheta ad lucis originem, ad malevolentiam benevolentiamve dei erga homines, ad comam, ad arcum, gladium, telum spectantia. Praecipuus autem finis scriptoris est enodare etymon epithetorum Apollinarium per ἔκα-, ἔχη-, ἔχαστη-, incipientia. Ille quidem contra E. Boisacq, qui putat ab ἔκοντ-, antiquam talium epithetorum etymologiam servat, contenditque ab ἔκα- illa originem sumere. Cum auctor hisce temporibus nostris Graeca lingua vel inscriptione utitur, ex animo quidem gratulamur; solutionem autem exillis quaestitionis fors et instaurator vocabularii Boisacquensis ampliore luce enodaverit. Neque enim subtilis dei Apollinis definitio omnes omnino epithetorum salebritates effugiet, neque bene compositus philologorum omnium discursus, qui arbitrium usus ne obliviscantur oportet.

Os elementos grecos do vocabulário português.—(Lisboa, 1930).

Ad tria capita redigit auctor voces quae via populari in Lusitanum ex Graeco sermone obrepserunt: alia etenim e Latíno sermone promanant, alia ex influxu arabici idiomatis, alia ex mutuo cum aliis gentibus commer-

cio. De singulis vocibus sapienter disserit.

Menda tamen parva notantur, quae typographis imputanda esse credo: in pag. 21 legitur *albarcoque* pro *albericoque* - *albaricoque* - *albérchigo*; etiam in pag. 28 *perigil* pro *peregil*. Praeter ea, singula optima quaeque.

Thieme Karl. — *Scribisne litterulas Latinas?* Ferd. Dümmlers Verlag, Berlin und Bonn, 1928.

Constat hic pulcher scitusque libellus centum admodum pagellis in octavo, epistulari commercio dicatis. Singularium pagellarum in altera columna Germanicus adest, in altera textus Latinus. Sane sarteque subvenit hic liber necessitatibus cuiusdam quasi epistularum fasciculi ad usum alumnorum, quos et commode et jucunde scriptione Latinarum epistularum insitiat. Hinc scilicet editio hujus libelli non potuit a peritis non vehementer laudari; illinc paucis annis quater jam opus subiit prelo.

Jam vero centum et sex in eo reperties litterulas scito exaratas sermones, easque omnibus fere coloribus epistularis scribendae rationis adcommodatas. Ibi enim copiose de commendandi ratione, invitandi, rogandi, gratulandi; ibi agitur jucunde de argumentis ad itinere, ad festa, studium, politicam... pertinentibus. Invenies insuper nationum, civitatum, montium, fluminum Europaorum appendicem salis plenam, quae hodiernis rite Latinae linguae necessitatibus aptatur. Omnes igitur cum magistri Latinitatis, tum scholares magno cum emolumento hujusmodi epistulario utentur.



MENSTRUUS DE LATINITATE COMMENTARIUS

Premium subnotationis annuae, solutione antelata, est 6 pessetarum in Hispania, 7 in America et Lusitania, 8 in reliquis civitatibus. Premium mittatur oportet ad Administratorem: CERVERA (Lérida) - Universidad - España.

Quid tua interest? Mea nihil refert

Qui Latinos in manus crebro capiunt auctores, saepe in has vel similes incident locutiones, quarum fundamentum, non dico sensum, ingeniosiores solum attingere certo valent. Cum vero qui nos legunt plerique, non tantum latine scire sed sapere quoque affectant, eorum gratia hodie de his et paribus loquendi rationibus, quas in rubrica innui, quaestionem perpendere connabor.

Praeprimis igitur hoc firmiter stabiendum puto, verba *refert* et *interest* non in alio hic sensu sumi quam in eo quod est *utile esse* vel *ad rem pertinere*. Quo in casu genitivo adjunguntur omnium nominum et pronominum, si personalia excipias, pro quorum genitivo *mea, tua, sua, nostra, vestra* et aliquando *cuja pro cuius* reperimus. Ecce horum omnium pauca exempla ex scriptoribus classicis decerpta: *Aratoris interest* ita se frumenta habere (Cic. Verr. II, 147) Caesar ad eum remittit cum mandatis *interesse reipublicae communisque salutis*, se cum Pompejo conloqui (Caes. B. C. XXIV, 5) Pauca praefatus *ipsorum interesse...* prohiberi ne quid moliri possint. (Liv. XXXIV, 27, 6) Non insignire *humanitatis* plurimum *refert* (Plin. Min. Epist. VIII, 22, 4) Plurimum *refert compositionis*, quae quibus anteponas (Quint. IX, 4, 44) *Ipsorum id plurimum referre*

(Liv. XL, 34, 10) Illud *mea magnopere interest*, te ut videam (Cic. Att. XI, 22, 2) Ut vedit *interesse tua*. (Cic. Fam. III, 2, 3) Hic *sua* putat *interesse* se re ipsa. (Cic. pro Cluen. LIV, 149) Quid istuc *nosta*?⁽¹⁾ (Ter. Form. VI, 5, 11). Vehementer *interest vestra*, liberos vestros hic potissimum discere. (Plin. Min. epist. IV, 13, 4) Ea caedes, si potissimum crimi datur, detur ei, *cuja interfuit*. (Cic. pro Vareno apud Prisc. L. XII, 29) Quid id *mea refert*? (Plaut. Merc. II, 3, 117) *Tua* quod nihil *refert* ne cures (Plaut. Stich. II, 1, 48)

His autem lectis facile quis miretur conjuctos cum illis verbis non jam genitivos tantum nominum et pronominum, sed ea etiam possessiva *mea, tua, sua, nostra, vestra* quae nullum substantivum comitantur, cum ex una parte notum sit omnibus, genitivos non nisi a nominibus posse regi, quorum sunt complementa, sicut accusativi sunt complementa verborum; et ex alia nemo nesciat adjectiva stare non posse a substantivis penitus orbata. Quomodo ergo abnormem eam formam explicabimus? Ad elypsim confugiendo quae a Latinis fuit maxime usitata, adeo ut adserere ausim, si nulla linguarum est quae in loquendo non amet brevitatem, hoc proprium esse atque peculiare Romanorum linguae. «Est brevitate opus – inquit Horatius – ut currat sententia neu se impeditat verbis lassae onerantibus aures.» (Satyr. I, 10) Grammatici autem qui regulis strictissimis quasi ferreis compedibus discipulos ambulare cogunt, desperatione adficiuntur cum res innumeratas extra praefixos a se fines videant circumferri. Nunc igitur ad rem veniamus.

Ac primo quidem, si illud, ut alia plura, elypsi restat explicandum, quodnam nomen expostulant elisum genitivi quibus et *interest* et *refert* ostenduntur. Prius lectoribus significabo plura apud Latinos fuisse verba passim adeo in usum venientia, ut temporis tractu ex facili eorum captu intellegenda communiter relinquenter. Nonne supplebis sponte *verbum* in his: Philosophandum est paucis (verbis) nam omnino non placet.⁽²⁾ Cetera quam paucissimis (verbis) absolvam. (Sall. Jug. 19) In pauca (verba) confert. (Plaut. Paen. 5, 4) Pater, licetne pauca (verba) dicere? (Ter. Andr. 5, 3, 22) Respondes ut tuus est mos pauca (verba) (Hor. Satyr. 6, 60)

Nonne facile subauditur *locus* in sequentibus: Castris in aperto (loco) positis (Liv. 1, 33) Aquam hinc de proximo (loco) rogabo. (Plaut. Aul. II, 4, 11) Compulerantque greges Corydon et Thyrsis in unum (locum) (Verg. Ecl. 7, 2) Sunt apud infernos (locos) tot milia formosarum, pulcra sit in superis, si licet, una locis (Propert. II, 21,

(1) Vel *interest* vel *refert* subaudiendum est. **Forc.** *refert*. – (2) **Bnn.** apud Cellium 5, 15.

49) Classem in convexo occulit. (Verg. Aen. I, 314) Ubi Servius: *in convexo subauditur loco.*

Tempus etiam crebro eliditur: Illic haud licebat nisi ex praefinito (tempore) loqui (Ter. Hecyr. I, 2, 19) Ubi Donatus: deest *tempore* aut quid tale. Ex illo (tempore) fluere spes Danaum (Verg. Aen. II, 169) Laetus in praesens (*tempus*) animus (Horat. Carm. 16, 25) Idemque dixerat explicius: Pleraque differat et *praesens in tempus* omittat (Ad Pis. 44).

Ex illis igitur vocabulis, ob genericam quam apud veteres obtinuit significationem, frequentissimum est negotium vel munus vel officium. Aliena (*negotia*) ut cures (Ter. Haut. I, 1, 24) Ita comparatam esse hominum naturam omnium, aliena (*negotia*) ut melius videant et judicent quam sua. (Ter. Haut. III, 1, 94) A quo (*negotio*) mea longissime est ratio. (Cic. 4 Verr. 4, 10) Quod (*negotium*) si ita esset ut quisquam minimum esse in se arbitraretur. (Cic. Amic. 9, 29) (*Negotium*) de Domitio, uti scribis, ita opinor esse (Cic. Att. IX, 9, 3) Cui similia sunt sed explicita: Quid *negotii* est quamobrem succenses mihi? (Plaut. Capt. 3, 5, 11) Quid est *negotii*? Erus peregre venit (Plaut. Must. 3, 2, 52) Quae quidem exempla multiplicare possum, id autem (*negotium*) necessarium non puto.

Jam auctores clarissimi: Caelius Calcagninus, Julius Caesar Scaliger, Sanctius Brocensis, Scioppius, Perizonius, Ursinus cum Donato elypsime hujus *negotii* vident in propositionibus quas *refert* et *interest* componunt cum genitivo nominum et pronominum, imo et cum adjectivis possessionis *mea*, *tua*, *sua*, *nostra*, *vestra*, ita ut cum illa dicentes scriptores, pleni intellegentur: *rei familiaris tuae inter-negotia-est; aratoris inter-negotia-est* ita se frumenta habere. *Humanitatis negotia* vel officia *refert*; illud *mea magnopere inter-negotia-est*; ut vidit *inter-negotia-esse tua; illorum negotia magis quam sua rettulisse* videtur; quid istuc *nostra inter-negotia-est; vehementer inter-negotia-erat vestra*. Hanc sententiam contra Vossium, Valgium, Calepinum, Laur. Vallam et Auctorem Novae Methodi, recentesque nonnullos, nostram etiam facimus quam, confutatis adversariorum fundamentis, continuo demonstrabimus.

Quod accusativos, quamquam implicitos, habere valeant tum *interest* tum *refert* id prius explicandum duco, eo quod ex communi in Hispanum ea transferendi modo res difficile detegatur. Nulla in *refert* adparet repugnantia si verbum sensu praesertim proprio accipimus, quem postea ei adsignabimus, quasi esset *re fert*. Quod spectat ad *interest* tota accusativorum ratio est in praepositione *inter*, quae et aliis saepe verbis copulata, hanc vim accusativum regendi trans verbum retinet, ut: Phrigiasque etiamnum *interstrepis urbes*. (Claud.

III Rapt. Pros. 103); *intrefusa nitentes vites aequora Cycladas* (Hor. Carm. XIV, 20); in planitiem, quae *Capuam Tifataque interjacet*. (Liv. VII, 29, 6) Itaque tota quaestio est de explicandis *mea, tua, sua, nostra, vestra*, cum verba *interest et refert* comitantur.

Dicunt adversarii: non sunt accusativi plurales; sunt ablativi singulares. Nos autem contra eos a) sunt accusativi plurales; b) non sunt ablativi singulares.

EMMANUEL JOVÉ, C. M. F.

(*Sequar*)

Commercium Epistulare

Andreas Avenarius, S. V. D. Emmanuel Jové, C. M. F. s. d.

Cur nihil litterarum tam diu? Atqui ego adhuc exspecto responsionem illarum, quas anno proximo, a. d. XI kal. Sept. ad te dedi per urbem Romam, quibus te responsorum eadem via pollicitus es in Palaestra. Quod ex te tum quaesivi vocabulum, hoc nunc magis indigeo, quod in hoc novo domicilio non percussione portae, ut alibi, sed tantum id genus horologiorum strepitu tinnituve ex somno turbor. Sed mihi etiam haec hujus causae erat epistulae, quod te certiorem faciendum esse putabam me ab iis, quibus hic erat potestatis, restitutum esse patriae: jam abhinc duos menses, si quid per vehiculariam publicam ad me perferendum dabatur, inscribi oporteret: Tirschenreuth, Opf. Missionshaus St. Peter (Germania). Vale.

Emmanuel Jové, C. M. F., Andreae Avenario, S. V. D. s. p. d.

Quaeris, amice, quid nihil tam diu litterarum? Certe quidem non ex inminuta dulcissima in te amicitia, quam certum est mihi ad extremum usque spiritum et ultra conservare, sed potius ex crescente in dies sollicitudine rerum mearum. Hae tamen, fateor, mentem meam in alia omnino minime distrahunt, quippe in PALAESTRA LATINA perficienda totus sum, quae res solum nostras perquirit.

Tu tamen «promisisti— inquis—; quid fidem nondum liberasti?» Primo quidem quaedam promittuntur quorum executionem, dum vivas, non liceat desperare. Deinde plane respondebo id quod verum est: memoria promissionem ita excidisse, ut quid tibi receperissem iterum legendum opus fuerit. At hodie amico dum fidem solvo, dicam quid commentus ipse sim ut instrumentum illud nominarem, cuius tinnitu atque strepitu cottidie evigilas seu turbaris pottus ex somno.

Vides vocem *suscitabulum* a lingua Latina non esse alienam neque in vocabulariis desiderari? Nihil igitur novandum duxi, sed illius significationem ad hanc rem transferendam, et, si vis, potius reddendam. Etenim, si *suscitabulum* proprio sensu exceptum aliquando est, certe quidem in instrumento hoc manifestando quo quis suscitatur atque nos «despertador» appellamus. Omnia enim verba Latina in *bulum* finita vel locum significant, ut *stabulum*, vel instrumenta quibus exercentur operationes verborum unde repetunt originem. Sic habes *infundibulum*, *tintinnum*, *tribulum*, cet. ab infundendo, tintinniendo, terendo.

De re tandem quaesita sententiam meam nosti. Alia quevis respondere sum tibi paratus. Interim in nova commoratione tua felix esto et hunc novum etiam annum et plurimos valeto.

Cervaria, quinto dec. kal. Jan.



«Palaestra Latina» cujus est litterarum cultum per orbem incessanter promovere, legem vehementer detestatur ac deprecatur qua Societatis Jesu humanissimi viri atque eximii litterarum cultores apud Hispanos inique sunt dissociati. Amore ac maerore in perdolenda clade socios piissimos prosequimur, meliora eis augurantes tempora. ⁽¹⁾

Puer Jesus et S. Stanislaus

Stanislaus


*Unde, o Dive Puer, cedis amabilis?
Unde, o sidereis clarior ignibus,
Formosaeque columbae
Blando purior osculo?
O gemmis pelagi carior Indici,
Excedis niveo lactea vellera
Qui candore, benignus
Cur ad me et Puer et Deus?
Vires redde mihi, corpore de meo
Morbum pelle bonus, conjice et in mare,
Post hac ne occupet artus,
Simque inter socios tuos.*

Jesus

*Ex altis nitidi, Kostka, sedilibus
Caeli devenio; sollicitudines
Diras pectore pelle,
Tristii cetera volvere,
O jucundel! animo mitte diutius,
Solvens te lacrimis; ferrea protinus
Morbi vincula inertis
Rumpam corpore de tuo.
Surge, o, carpe viam Romae, ubi Borgia
Circum laeta tuo brachia ter dabit
Collo: surge, Stanisla;
I quo te rapiunt pedes.
Josephus Llobera, S. J.*

(1) His nostris diebus nullatenus cessaverat labor litterarius etiam ad Latinitatem pertinens quem traditio non interrupta apud nos plurium saeculorum tractu Jesuitas sustinuerunt. Placeat hic cursim quedam opera recens edita adnotare: In Monasterio Verolensi: Phaedri Fabulae (J. Llobera). Grammatica classicae Latinitatis (id.). Gramática de la lengua latina. (Id.). Cato Major et Laelius (id.). Las Metamorfosis de Ovidio (J. Simón). In Colegio Comillensi: Colección de temas estilísticos (Trad. y acomodación: M. Flórez, Bassabe, Baeza Praeceptores) Estilística Latina (id.) - In Colegio Xaveriensi: Gramática Latina (Ign. Errandonea) Sófocles T. I, II (id.) - In Colegio Portuensi: Estilística Latina (J. M. Granero) - In Colegio Ciuniacensi (Ciudad Real): Temas de composición (1 et 2 et 3 grados) Hic etiam referre possum Rdos. PP. Calveras et Oleza qui praestantes lucubraciones philologicas in officina Romanica Bibliothecae Balmes ediderunt; Patres etiam Laplana, Cayuela, Hernández, Restrepo, praecellentem occupant locum in litteris Graecis et Latinis et Hispanicis. Nihil dico de commentariis «Razón y Fe, Sal Terrae et Estudios Ecles.», qui novas semitas aperuerunt in litteris et viro ecclesiasticos in vias veritatis orbitarunt.

ARMATURA



Quem ad modum splendore veri adlectum ac pulcri, mira cum scientiae sum artis monumenta peperit ingenium humanum caelo, terra, mari; sic et odio inimicorum incensum, ea elaboravit instrumenta, quae arma dicantur, quaeque ubivis gentium ferrorem generant atque caedem. Etenim illa simplicia homini remoto jam tempore adhibita instrumenta, aut ad impetum bestiarum contineendum, aut ad eas in victimum interficiendas, mutato aliquando fine, cotidie ita perficiantur, augentur, multiplicantur, ut non modo armorum exstruendorum, sed armatorum etiam ars ducendorum hominum nata sit, eaque intricatissima. Eas scilicet mortaliū condicio habet vices!

Vocabulum istud *arma* maximo in usu a remotissimis linguae Latinae temporibus; origo ejus etymologica a peritis, quasi verbum etiam illis bellum indiceret, vehementer discutitur. Est enim qui ab *armo* derivet, quod *arma* vel umeros tegant ut *thorax*, *cataphracta*; vel pendeant ab illis ut *ensis*, *machaera*. Est etiam qui ab *arcendo* deducat, quippe ea videntur significare instrumenta quibus tegimur. Neque deest qui hanc putet oriri vocem ab obsoleto vocabulo *arere*, ut ab initio *arma* significanter quidquid manu capitur tractaturve ad aliquid faciendum, vel idonea cujuscumque artis instrumenta. (1) Arma in praesentia, quidquid est de etymologia, antiquorum Romanorum expendemus, duce pictura ab oculos posita. Nihil consulte hoc loco de hodierna dicitur armatura, id, quod fortasse, arrepta occasione, accuratiorum scopus erit paragraphorum.

Ex fine, quo diriguntur, in duplex *arma* dispescuntur genus: *alia*, inquit Cicero,(2) ad nocendum, *alia* sunt ad tegendum (hispanice *ofensivas* y *defen-*

(1) Forcellini, Lexicon totius Latinitatis, art. *arma*.—(2) Caecin. 21, 60.

sivas). Porro utriusque generis nonnulla in pictura adposita vides. Illius nimis generis *gladius*, *arcus*, *sagitta*, *pilum*, *hasta*, *machaerium*; hujus autem reliqua. Haec vero communior armorum omnium distinctio et interdum exprimitur conjunctione vel oppositioue vocabulorum *tela*, *arma*. «Quod si quando —sunt verba Forcellinii—arma et tela junguntur aut opponuntur, telorum nomine speciatim significantur cujusque generis jacula, quibus hostiem adgredimur, arma vero cetera omnia».

Ex hac magis usitatorum armorum Romanorum pictura facile et eorum in militia primaeva usum deprehendes. Haec autem tibi, facilitatis ergo, notanda censui. Cassis (2) et galea (11) idem fere sunt capillis tegumentum, etiamen discrepantia, quod alterum metallicum ac crista saepe fastigiatum, alterum vero coriaceum erat duobusque generatim bucculis (12) ornatum. *Lorica* (9), quae *thorax* etiam nuncupatur, plagulis exstrebatur metallicis iisque corio obductis, quae pectus bellantium atque umeros defendent. Erat praeterea ad corpus defendendum *scutum* (6) ligneum, quod laeva gestabatur ejusque consimiles *parma*, *pelta*, *clipeus*. A parma autem differebat scutum, quia illa rotunda, hoc quadratum erat atque oblongum; a pelta, quae lunata et scuto minor; a clipeo, qui aeneus et scuto longe minor. Quae in hostem injicerent, noverant Romani pilum (7) et hastam (8) externe fere aequalia; illud tamen totum ferreum, haec lignea ferreaque terminata erat cuspide. Ad id etiam scopi sagitta (5) inserviebat, quae in pharetra adservabatur et arcu (4) pulsabatur.

Aliud insuper apud Romanos erat armorum genus, quae machinae militares dicebantur. In praecipuis ad nocendum notandae *catapultae* ac *ballistae*, quae jaculis, lapidibus, glandibus in muros jactitandis hostium inserviebant. Machinae illae grandis erant molis castrisque infixae, dum e contrario *onagri* et *carroballistae*, utpote leviores huc illuc trahebantur, eundem in bellis finem habentes murorum expugnandorum. His tandem machinis adjunge *arietes*, *falaricas*, *tollenones*, omnia usitatissima. Praecipuae ad tegendum machinae: *plutei*, *turres*, *vineae*. Est pluteus machina militaris ex tabulis, asseribus, craticibus, qua milites protecti ab injuriis hostilibus opus faciunt. Turres erant machinae bellicae, videlicet aedificia plerumque lignea in magnam altitudinem erecta subjectisque rotis huc illuc mobilia. Vineae tandem ad similitudinem vitis compluviaetae sub qua tecti milites oppugnatae urbis muros subruebant. (1) His adde *exostras*, *musculos*, *testudines*, aliasque ejus generis machinas. Hisque sit satis de Romanorum armatura antiqua. Habet denique nomenclaturam picturae instrumentorum latine et vernacule expressam una cum aliquibus conversationis versibus de eo, quod ad rem pertinet, argumento. (2)

I.	1 Espada	<i>gladius</i>	7 Dardo	<i>pilum</i>	13 Gorguerin	<i>collare</i>
2	Yelmo	<i>cassis</i>	8 Lanza	<i>hasta</i>	14 Brazal	<i>brachiale</i>
3	Cinto	<i>cingulum</i>	9 Coraza	<i>lorica</i>	15 Manopla	<i>manica</i>
4	Arco	<i>arcus</i>	10 Cáliga	<i>caliga</i>	16 Rodillera	<i>genualia</i>
5	Flecha	<i>sagitta</i>	11 Casco	<i>galea</i>	17 Greba	<i>ocrea</i>
6	Escudo	<i>scutum</i>	12 Visera	<i>buccula</i>	18 Machete	<i>machaerium</i>

(1) Forcellini, opus cit. —(2) Alia erant antiquitus armorum genera, quorum hic nomina innuemus: *acaces*, *bellarium*, *bipennis*, *cataphracta*, *cetra*, *chalyps*, *corvus*, *curis*, *ensis*, *fala*, *funda*, *gaesum*, *jaculum*, *machaera*, *missile*, *pugio*, *rhomphaea*, *sica*, *sparus*, *spatha*, *spiculum*, *tormentum*, *verutum*; omnia simplicis structurae adlatisque similia.

- II.** ANTONIUS. — *Vin* mecum, amicorum optime, trahaculi stationem adire?
- BENEDICTUS. — Quippini, mi bone? Ast, ni sum curiosior, quid eo te confers?
- Num virum nobilem huc adportet cito tissimum illud monstrum?
- A. — Atqui mihi gratius quidquam, amice, adportabit: frater, ut spero, dulcissimus vehetur.
- B. — Itane vero? A bello ille redux? Partiam haud pridem fecit missam, atque ut eam modo redeat?
- A. — Utinam, pol, ita esset! Frater Natalia Domini tantummodo hic veniet celebranda.
- B. — Melius sane parva, quam re nulla potiri..! Quid autem certum de adventu habuisti?
- A. — En tibi litterae mihi quattuor abhinc dies redditae; perlege, sodes.

Ceutriæ, 5 Decembris, anni 1931.
Mi frater: Navigium jam jamque sum consensurus, ut dies aliquot natales auras carpam. Toto hoc me tenuit tempore cum patriæ, tum domus desiderium. Initis autem inducis aliquando, me Domini natalia apud nostrates habiturum spexc. Parum id quidem solatii, nonne? Sed tamē omnibus non eodem poculo bibere datur! Admodum his terris opera navanda vigilantiae, nam «machina multa minax, minatur maxima muris». Cum advenero, plura coram. Oppidanos mihi maxime saluta, in primis vero Benedictum dulcissimum. Tu cura ut cum firmitudine te animi, tum etiam spe optima sustentes. Vale.

CRISPUS

-
- B. — Bene nuntiat! Domum statim ingredior, ut paululum me accingam. Illic sum atque hic sum!
- A. — Atque interea loci eo schedulas ad automobile publicum emptum.

-
- B. — En frater tibi et transtro oculis desiliens ludibundissimis! Perge porro!
- A. — Salve, mi frater! Spectatissimus huc

- advenis! En tibi amicus noster Benedictus!
- C. — Salve, mi frater; tuque sis salvus, commiles! Quam quidem exteris plagiis longi dies! Quam tellus haec desideratissima, quam sodales, rura, boves..!
- A. — Domum continuo eamus, bone. Utrum carpento vehi, an automobili desideras?
- C. — Pedestres, si placet, ibimus; pedestre mihi iter jucundum, vehicularia autem omnino sunt perenticidae!
- B. — Sit porro, amici. Tempus praeterea sudum, neque via reduviosa.
- A. — Ita abundius praesentia tua, frater, utemur et sermone. Enarra tuos, amabo, in itinere militares usus.

Sex sunt, quod recordamini, menses ex quo delectus habitus est, cum solum reliqui natale. Hispalensi inde exercitui adscriptus, primam eques militiam didici. Sed protinus rixarum in coloniis seminarium ortum fuit in causa, cur Ceutriam cum cohorte peterem. Quot vero ibi clades, quot ego infornitia vidi! Quotiens in castris ego bellicum audiebam canere, totiens mihi in extremo discrimine versari videbar! Vita inter cannorum eruptiones, mihi credite, et manuballistarum tota erat! Insomnia in dies acriore laborabam, ut me jam jam tenueret carphologia. Atque sex ita ibi menses sum demensus!

-
- A. — Quid vero de amicis ibi conmorantibus et oppidanis? Vitane illi frumentur?
- C. — Superstites oppido pauci sunt. Luccius et Cajus, quorum fraterne ossa legi, occursu primo globulis confecti; Paullus, viatoris filius, manu captus ac pede est.
- A. — Rem prorsus insuavem! Valetne vero Titius mulomedici patruelis?
- C. — Bis eum chirurgici belulco tractaverunt; propediem tamen, ut spero, convalescat.

I. GONZALEZ, C. M. F.

Lepida pro pueris Narratiuncula

Quidam rex ad se vocavit P. Franciscanum Praesulem, qui cum ad eum venisset, aliquot verbis ultro citroque habitis, ut fit salutandi causa, rex: «Mi Pater, — inquit — respondere mihi intra octavum diem ad haec tria debes, quae jam jam abs te quaesitur sum. Quod si praestituta die non sic responderis ut satius mihi feceris, magno meo tristitiae sensu capitis condemnandus eris aut saltem in durum carcerem includendus.» Hic cum perterritus mortis metu cohorrisset Pater ingemuissetque vehementius, rex leniter adridens: «Ades — inquit — animo, Pater, et omitte timorem, et quae dicam tene memoria.

Igitur tres interrogations, quibus responsum dare debes, hae sunt: prima, quot horis equus totum terrarum orbem circumibit, quemadmodum hunc circumiit navis «Victoria» quam magnus ille nauta Elcanus gubernavit. Altera interrogatio, quanti est quantitative persona regis facienda, personam dico meam. Tertia denique, quid ego hoc ipso temporis punto cogito.» Quae cum dixisset rex lento hilarique vultu Patrem Moderatorem summa tristitia affectum dimisit.

Is ad suos reversus, dies peragebat maerore paene confectus. Quem cum Patres viderent animo confusum, primum eum adloqui non audebant, paucis vero post diebus causam perturbationis ex ipso quaesierunt. Qui cum eos certiores fecisset sermonis cum rege habitu, significavissetque se modum reperire posse nullum convenienter respondendi, omnibus intellectum est eum mortem manere aut carcerem perpetuum.

Itaque ipsum consolari Patres conabantur, sed frustra; nihil enim aegro animo erat solacio. In ipsa domo commorabatur frater germanus Patris Modera-toris, persimili facie, etiam Deo votis

consecratus. Hic se pro eo vadem regi dedit ipsumque bono animo esse jussit, asseverans se ejus loco regem addocuturum.

Stetit promissis frater; itaque regem convenit; ut iis responderet quae hic ex Patre quaesisset. Rex fraudem minime suspicatus existimansque hunc esse qui ante cum eo collocutus esset, «Opinor — inquit, Pater, non te mihi morte multandum quam tibi minatus sum, neque in carcerem includendum, quoniam, ut spero, meis votis satis omnino facies.» — «Confido clementiae Vestrae Majestatis ita futurum, nam credo euidem a me divinatam esse tuam cogitationem.» Ad quae rex: «Loquere, inquit, Pater, te enim libenter audiam, tuisque responsis laetitia et voluptate perfundar.» Tum Pater: «Igitur quod ad primam interrogacionem attinet, si mente singimus equum, quem dicis, ita currere sicut equi Solis currere dicuntur, Pyrois et Eous et Aethon et Phlegon, quos, ut nosti, Ovidius volucres appellat, terram circumibit spatio quattuor et virginti horarum seu, quod idem est, uno die et una nocte.

Quanti vero sit persona Vestrae Majestatis, tua, inquam, persona, Rex — alterum hoc est quod a me expetis — non est facile dictu, plurimo enim aestimanda es. At si Christum regem regum triginta denariis Judas vendidit, eris, opinor, ejusdem consilii atque ego: te non pluris faciendum quam denariis undetriginta. Jam ad tertium respondeo, censere te nunc me eum esse qui te convenit ante hos dies octo; non autem sum, sed frater ejus germanus facie similis.»

Addit narratiuncula mirum in modum regi pergratam fuisse expeditam linguae facilitatem perque jucundum acumen ingenii hujus fraterculi Franciscani.

Hic vero finem cum fabula faciamus.

JOSEPHUS LLOBERA S. J.

Domus paternae desertor

IV.—Regressus

PATER, JOHANNES, MEDICUS

P.—*Johannes, vita mea! Infortunate fili!*

J.—*Mi pater!* (tussit).

M.—*Cave, bone vir, namque juveni quaeris
subita conmotio est vitanda.*

P.—*Pro improba gens Parisiorum! O om-
nium civitatum struma! Quot et quantas
in filios agrorum aerumnas impegi-
sti atque infurtunia! Omnis quippe barba-
ria, ignari adlectio!*

J.—*Pater!* (syncope corripitur)

M.—*Ne cruciare, mi homo; animi, pre-
laetitia, brevis est defectio... Venistine
tu, amice, filium ut exportares?*

P.—*Sane quidem. Mater enim domi aegro-
tat eumque vult ante visum, quam ani-
ma fungatur. Id autem solacii feminae
non erat denegandum...*

M.—*Res admodum humana.*

P.—*Quam ob rem istuc me contuli, filium
ut reportarem.*

M.—*At pueri tamen valetudo est in maxi-
mo vitae periculo.*

P.—*Non equidem putaram adeo esse infir-
mum... Quamquam alias ridi ego ven-
tos, alias prospexi animo procellas!*

M.—*Quam diu est, amabo, cum domo filius
migravit?*

P.—*Tres ipsos annos. Heu! filium si oculis
mater conspiciat! Quas illi certe lacri-
mas!*

J.—*Pater mi!*

P.—*Ecce me, oculi mi: auxilio tibi veni.
Protenus domum respicies in terraque
patria commoraberis.*

M.—*Ast nunc ipsum intendis reportare fi-
lium, bone vir?*

P.—*Id meum est consilium; nam hoc, ut
mecum senties, vere patrium est.*

IV.—La vuelta

PADRE, JUAN, MÉDICO

P.—*Juan, vida mía! Hijo mío infortu-
nado!*

J.—*Padre mío!* (tose)

M.—*Vaya V., con cuidado, buen hom-
bre, pues hemos de evitar al joven
cualquiera súbita impresión.*

P.—*Oh pésima París, oprobio de la so-
ciedad! Cuántas y cuán grandes mi-
serias e infortunios has causado a
los hijos del campo! ¡Cuán cierto es
que todo país extraño es un sueño
para el incauto!*

J.—*Padre!* (le da un sincope)

M.—*No se apure, buen hombre; es un
breve desmayo a causa de la alegría.
Y ¿ha venido V., amigo mío, a bus-
car a su hijo?*

P.—*Sí, señor. Su madre está enferma en
casa y antes de morir quiere volverle
a ver. Y este consuelo no se le puede
negar.*

M.—*Muy natural.*

P.—*Por esto me dirigi a estas tierras, a
fin de volverle a su casa.*

M.—*Con todo, la salud de su hijo está
en peligro.*

P.—*No pensaba en verdad que estuviese
tan malo... ¡Aunque por otras prue-
bas he pasado y otras tormentas han
puesto a prueba mi espíritu!*

M.—*Y ¿cuánto hace que su hijo se fugó
de casa?*

P.—*Hace ya tres años. ¡Ay, si le viese
su madre! ¡Qué de llanto amargara
sus ojos!*

J.—*Padre mío!*

P.—*Heme aquí, hijo: a tu socorro he
venido. Pronto volverás a ver la casa
paterna y vivirás en la patria amada.*

M.—*Y ¿piensa V., llevárselo en este la-
mentable estado?*

P.—*Este es mi propósito; pues este es,
como V. convendrá conmigo, el de-
ber de un padre.*

M.—*Ita enimvero, sed quonam reportabis tali statu valetudinis?*

P.—*Domum scitac, idque quam citius...*

J.—*Ita, ita, pater, me domum reporta. (tussit)*

M.—*At at, res erit cavenda, ne...*

P.—*Quid ad rem? Hoc meum erit negotium, domine mi. Ipse dum sim solvendo nihil unquam filio meo deficiet.*

M.—*Estne forte tuus, qui ad fores meas constituit automobilis?*

P.—*Propriis ipse sumptibus conduxi, omnemque sum paratus movere lapidem, donec filius meus convalescat.*

M.—*Res si ita habet, haud ullam cudas tibi remeliginem... Vale igitur et spero, amice, meliora.*

J.—*Citius domum me, pater, reduc. (tussit) Ibi enim optatius mihi est linquere lumen.*

P.—*Neutiquam, fili mi, nondum morieris; tuae valetudini inserviet mater, et continuo valebis. (aulaeum demittitur).*

M.—Así es, pero ¿dónde le llevará con la salud tan perdida?

P.—A casa, y esto cuanto antes.

J.—Sí, sí; padre. lléveme a casa cuanto antes.

M.—Pero habremos de tomar precauciones, no sea que...

P.—Y esto ¿qué importa? Todo ello corre a mi cargo, señor médico. Mientras yo tenga con qué, no le faltará nada a mi hijo.

M.—¿Es por ventura de V., el auto que está parado ante mi puerta?

P.—A mis propias expensas lo he alquilado y estoy dispuesto a no dejar piedra por mover, mientras no recobre mi hijo la salud.

M.—De este modo no voy a ponerle obstáculo alguno. Adiós, pues, y espero, amigo mío, días mejores.

J.—Padre, lléveme pronto a casa. (tose) Allí sí que moriré con más alegría.

P.—De ningún modo, hijo mío, aun no morirás; tu madre te cuidará y pronto recobrarás la salud. (cae el talón).

PHILOPONUS

Gaudia ac Tristia Sancti Joseph

I

*Ecce concepit tua, Virgo, conjux:
Quot, videns, curas animo volutas
Aeger! at Rector tulit Angelorum
Omina pacis.*

II

*Vagit ad cunas nivibus rigentes
Heu! Puer Jesus, tua sola cura:
Gaude, nam caelum pariterque terra
Numen adorat.*

III

*Fles, videns artus madidos cruento
Quos Puer tradit gladio tenellos:
Mulcit aerumnas hominum salutis
Nobile pignus.*

IV

*Tu, minas regis fugiens, recedis
Exul ad Nili rapidi fluenta;*

*Jubilasti autem via quod pateret
Tuta periclit.*

V

*Dum thronum patris tenet Archelaus
Tristis ob Natum graviter gemebas:
Nuntius celso veniens Olympo
Corda serenat.*

VI

*Quae senex vates Simeon canebat
Accipis fundens lacrimas acerbas:
Quasque solari potuit futura
Gloria Nati.*

VII

*Perditum, Joseph, Puerum dolebas
Sedulo quaerens tribus Hunc diebus
Donec in templo reperis docentem,
Dulce levamen!*

Ignatius Beta, C. M. F.

VENUS MILI

Melos insula, hodie autem Milo vocata, una ex Cycladibus, eaque omnium rotundissima est. Montosa admodum sese contemplanti ostentat ac maximis obnoxia caloribus; metallis ditissima, celebrata pumicibus est atque marmore, abundans thermis, oleis, vitiis. Ex ea quippe insula multae recentius antiquorum reliquiae operum sunt effossae, quas inter eminent antiquissima sepulcreta, theatrum Romanum, catacombe christiana, statuae, ut illa Veneris Mili artificis opus.

Hanc vero statuam hodie considerandam lectori obfero. Reperta anno millesimo octingentesimo vicesimo, juxta sententiam peritorum communiorem Venerem, Aeneae matrem repraesentat. Ut nunc quidem est, ea Lutetiae Parisiorum in Louvre sedulo adservatur, inque praecipuis monilibus habetur, quae nobile, Musaeum possidet egregium antiquitatis classicae monumentum. Tum Venus Mili, cum soror ejus Venus Arelati ad scholam Schopensempertinet, ut facile perspicias ex sensibus, quos generant in animo contemplantis, quosque tibi implicare videantur.

Statua haec in praesentiarum et bracchiis caret et parte pedis sinistri. Omnino in statuae inventione reperta fuerunt ea frustra, quae hodie imagini deficiunt: sed Parisios cum transferretur, amissa infeliciter fuere. Statuae Mili situ perpenso, multum a peritis disceptatum est de prima brachiorum positio-ne. Juxta illustrem Claudium Tarral, qui statuae maxime studuit explicandae, dextera in altum versa clarissimo in judicio, quod pastor Paris decreverat, obtentum malum sustentabat, dum manu sinistra rugas pallae, in corpus, ne laberetur, tenebat. Opinio haec a plerisque probatur, quamquam et aliqui periti aliter putant. Itaque sententia nonnullorum haec Veneris sculptura pariter cum ea quae Martem repraesentat, pars erat complurium imaginum, juxta nonnullos autem, non Venerem statua, sed Amphitritem, deam maris, repraesentat, quae tridentem laeva sustineret manu.

Sculpturae hujus modi compositio id, quod videtur, ab ipsa rerum natura est deducta; sic nonnulli technices defectus detegunt. Caput aliquatenus parvum, guttus autem est plus aequo vegetum et virile, et pes sinister orbus non omnibus numeris obsolutus. Minutis his naevis non obstantibus, Venus Mili est classicum corporis muliebris exemplar. Sculpturae pars posterior impolita est, vixdum vastata, ex quo eam muro adfixam fuisse vel in aliqua cavitate manifestum fit. Haec est summatis sculpturae Veneris descriptio, quae eo celebritatis in operibus sculpturalibus attigit.



PHIDIACUS

EXERCITATIONES SCHOLARES

Canis et feles

Cani cum fele pugna ardebat aspera.
 In angiportum (1) jam pugnantes venerant,
 Extremam ad partem, qua restabat exitus
 Unus (2) in apertum corpore occlusus feri. (3)
 Sat (4) male mulcata feles horret ultimum
 Momentum vitae: sic redacta ad incitas, (5)
 Fugam in supremo desperans discriminis,
 Audax consilium adgressa, (6) vivido impetu
 Horrentis hostis supra dorsum subsilit:
 Infigit ungues, lacerat celeriter cutem
 Diu multumque, ut rabies suadet ac furor.
 Bacchatur (7) ille, subsultat ferociter,
 Cursat lymphatus, at non pectinem unguium
 Equitemque saevum dorso excussisse est potis. (8)
 Canis postremo humi se protrans vertitur
 Rictu potenti in felis guttur: illico
 Aufugiens illa, vento par, celsam arborem
 Conscendit: adlatrantem (9) et madidum sanguine
 Ab alto ramo hac pungit contumelia:
 Te viribus praestantem vici strenue. (10)

L. ROCCI, S. J.

Retrato ⁽¹¹⁾ de Alejandro Magno

Alejandro, admirable (12) por la hermosura natural de (su) cuerpo, desdestaba la compostura (13) exterior. De joven fué notable por la perfecta correspondencia (14) de sus miembros y por el vigor de sus músculos (15); su estatura sólo sobrepasó un poco la ordinaria (16): tenía la piel blanca, los cabellos (17) rubios y ligeramente rizados (18), la nariz aguileña, los ojos de diverso color, pues dicen que el izquierdo era verdemar, (19)

y el derecho negro sobremanera: en ellos se encerraba una fuerza misteriosa, de modo que no podía fijarse la vista en los mismos sin veneración y temor a un mismo tiempo. Era sorprendente la agilidad (20) de sus pies, la cual, aún siendo rey, no dejó de ejercitar, y así, muchas veces se le vió rivalizar en la carrera (21) con los más ligeros soldados. Finalmente fué sobremanera grande su tesón en las fatigas. (22)

(1) Callejón. —(2) exitus unus = una sola salida. —(3) ferus, i = fiera, animal = perro. —(4) sat = satis.
 (5) reducida al último extremo. —(6) adgredi consilium = tomar la determinación. —(7) se estremeció de furor. —(8) excussisse est potis = excutere potest. —(9) adlatrantem (canem). —(10) strenue = valerosamente = por mi valentía y agilidad. —(11) descriptio, onis. —(12) conspicuus, a, um. —(13) cultus, us. —(14) proportio, onis. —(15) artus, us (por sus robustos músculos). —(16) intra proceritatem stetit. —(17) aing. —(18) intortus, a, um. —(19) glaucus, a, um. —(20) pernicietas, atis. —(21) certare cursu. —(22) labor, oris.

Palaesticus Ephesis Suis

1) In exercitiis nostris, pueri, magis perpenditur translationis ratio quam rhetoricum rei exprimendae genus. Inde est quod plures, qui compositiones pulcre verterunt, praemium non sunt adepti ideo quod minus fidelerit id praestiterint.

2) Epistulae aliter incipiuntur et clauduntur apud nos atque apud Romanos; opus est igitur ut cum latine scribamus rationem eorum sequamur, nostra relicta. Sic illi non ut nos: DOMINE JACOBE PRAECEPTOR. CARISSIME FRATER: Neque ad finem ponebant nominis rescriptionem sed solum initio nomen mittentis adparebat: Petrus Jacobo, S. P. D.

3) Satis recte propositam n. 12 epistulam verterunt J. Argerich, V. Rufo, F. G. Tejero, Euf. Martín. Melius autem in epistula ipsa nominati.

Petrus Johanni (1) fratri suo (2) s. d.
Cesaraugastam (3)

Post longum trium dierum iter a me ex Germania Barcinonem factum, cum essem (4) jam apud Josephum patrum (5), tuae ad me adlatae sunt litterae, quae ut omnes quae a te proficiscuntur mihi gratissimae fuerunt. Eis me certiori rem fecisti patrem nostrum (6) Matri versari quo ante dies quinque (7) venisset (8) rem maximi momenti peracturus. Me cum eo vobisque omnibus, quibus jam nunc salutem praemitto, Domini Natalicia feliciter traducturum spero. Summum mihi est desiderium vos videndi atque complectendi (9). Ex nostrae matris oculis jam labentes video lacrimas laetitiae (R. González) Aliquantulum ut requiescam duos dies Barcinone manebo ac continuo Cesaraugastum volabo (H. Serrano) (10). Usque ad congressum et vale (R. Hernández). PAULINUS TEJEDOR.

NOTULAE

(10) Johannes cum h. inter o et a scribendum est ut constat ex novissimis philologorum investigationibus (2) Possessiva meus, tuus, suus, noster, vester in familiari dicendi genere valent idem ac carissimus. (3) Locus quo fertur epistula accusativum postulat. (4) Omitti non potest verbum ut adpareat proprium subjectum. (5) Melius per apud exprimitur, posito etiam nomine proprio ante commune ut mos est Romanorum: Cicero Consul (el Consul Cicerón). (6) Vide (2)

supra. (7) Hic non dicitur abhinc; hoc enim adverbium momentum praesens notat de quo non agebat frater. (8) Melius venire quam ire et in subjunctivo; eo quod non proprium exprimat sensum, sed fratris. (9) Oratio finalis a nomine inmediate pendens per gerundium expeditur. (10) Non iter habebo ut vitetur tinnitus similiter cadens cum manebo.

El mármol de Paros y el vil peñasco

(Vide n. 12 p. 46)

Unos descendientes del antiguo Cébrope, proponíanse construir un grandioso templo, que fuera digno ornamento de los dioses patrios. Con este motivo habíase reunido en lo alto de una colina un gran montón de piedras para levantar el sagrado edificio. (R. González) También se había traído un gran bloque de mármol de Paros, que orgulloso de su tamaño y valor, increpó de esta manera a un vil peñasco, destinado por el arquitecto para los cimientos. «Es preciso que tú, miserable, te ocultes en el más hondo lugar, permanezcas escondido para siempre sin honor ninguno» Mas a mí, me ha cabido la suerte de publicar desde lo más alto los tesoros de la naturaleza y las bellezas del arte (R. Hernández); porque he de ser pronto un Apolo o una Venus, un Marte o hasta un Júpiter. Repuso el peñasco: «Oh qué inquieta te tiene esa tu necia arrogancia! Pues, sabete, que, aunque seas mármol de Paros, de nada te serviría esa tu excelencia si yo, piedra vil y despreciable, no te sirviera de base ocultándome debajo la tierra y sosteniéndote levantada en lo alto en el sagrado edificio (R. González). Esta fábula enseña que a todos los ciudadanos se les tributará el honor y alabanza debidos con tal que todos ellos sean honrados y trabajen en la medida de sus fuerzas en buscar el bien común; porque de ordinario la recompensa corresponde exactamente a los méritos (J. Sanz)

Per orbem

Cossinia Virgo Vestalis. Propter Annienem in Tibure Cossiniae Virginis Vestalis monumentum forte adparuit, quod maximam quoque suscitavit admirationem. Cippo constat pulvinato, quercea corona bassi amplae superposita, est intra coronam sculptum COSSINIA V(irgo) V(estalis): praesul's nomen L. COSSINIUS ELECTUS circum prostat; in parte cippi posteriore haec inscriptio legitur:

UNDECIES - SENIS - QUOD - VESTAE - PARUIT - ANNIS - HIC - SITA - VIRGO - MAMU - POPULI - DELETA - QUIESCIT.

Sequitur sigillum.

L (ocus) D (atus) S (enatus) C (onsulto)

Inibi posthac integrum vestalis sepulcrum repertum est, in quo nuda ossium compages pupaque, supellex una, jacebant. Nullum ante vestalis sepulcrum cognitum fuerat; igitur, Societas Romanarum Latinarumque Antiquitatum cum ex hoc, tum maxime propter rei momentum archeologicum sensumque religiosum, qui in extirpatione monumenti adparebat, illius curam suscepit eodem in loco servandi.

Caput Martis ex Ara Pacis Augustae Etor Medigliani Vindobonae reperit, cum jam ejus inventio omnium fere spem frustaverat. Deum oblique, mento et coma eleganter composita, crista galea coopertum conspicias.

Sollemnia Vergiliana in Republica Aequatoriana. Rector, Professores, alumni S. J., sexto Kal. Nov. a. MCMXXXI. sollemnem in Seminario Quivensi celebrarunt consessum litterarium, sub auspiciis Excmi. et Rdmi. Dni. et Doctoris Emmanuelis M. Pólit Laso Archiepiscopi, in honorem inmortalis populi Romani Poëtae P. V. Maronis, cuius bis millesimum nativitatis annum orationibus, canticis, carminibus, colloquiis recoluerunt. Recordatione dignior tamen est de «Poësi Vergiliana» collatio,

quam Aurelius Espinosa Pólit, S. J. professor diserte protulit. In memoriam tanti diei Professores et Alumni opus ediderunt «Estudios Vergilianos», quod ad nos amicissime mittere voluerunt: sub prelo est liber de Vergilio Poëta ejusque missione, quem laudatus supra climus. Professor scripsit.

Alli de bonis litteris commentarii. A Januario mense superioris anni Taurini in Italia commentarius prodit bibliographicus, scientificus, humanisticus alternis mensibus editus sub epigraphe «Il Mondo Classico». Optimas in campo bonarum artium meruit laudes, quibus per aevum, dignior ut fiat, ferventer optamus.

— Per libellum periodicum Societatis Gulielmi Budé notitiam ad nos pervenit commentarii apud Polonus editi, nostro similis omnino, immogemini. Anno enim MCMXXX, Octobri mense, primus orlebatur PALAESTRAE LATINAЕ fasciculus id est, menstruus commentarius latine scriptus, qui id in Polonia soveret, quod apud nos Palaestra nostra perficit. Ingenue tamen confiteor me, nonnullis adhibitis diligentissimis, nondum commentarii manifestaria (señas) integre cognosci potuisse: humanissimis igitur lectoribus vehementer rogare ausim, ut ea, si quis noverit, nobis quantocius nota faciat.

— Hispaniarum rerum eventus quaque jam vulgati: in hac, ergo, perturbationum turba, mense Decembri, adparuit commentarius «Acción Española», ut in populo Hibero illas suscitet species, illam fidem, illum sensum, quae ad summum gloriae fastigium olim eum evexerant. Animi fortitudine inimicorum jacula rejicit, eosque historica cognitione confundet atque scientiae et religionis subsidiis in fugam dabit. Commentarius bis in mense Matriti in Hispania (*Plaza de Santa Bárbara, 8*) prodit. In eo omnis res agitatur: scientifica videlicet, litteraria, humanistica, politica, oeconomica

aëronautica, bibliographica cum exterarum tum maxime Hispaniarum gentium. Huic haud dissimilis prodit in Gallia commentarius «*Le mois*», in quo omnium populorum cultus manifestationes accurate conleguntur.

Instituto de Selección Escolar

Obrera. Matrii oritur hoc nomine institutum seu societas, vi cuius, litterarum via et scientiarum iis patebit, qui, filii parentum haud magna cum re, in scholas et universitates ingredi vetantur. Qui gratis in Instituto recipi optabunt, filii sint oportet parentum ad instructionis sumptus inpotentium, decimum attigerint annum, valetudine bona utantur, praeclaris animi facultatibus sint praediti. Omnia laudum ornamenta meretur coetus Institutum dirigens, quod Excusus. Aloisius Marichalar Monrial moderatur; in quo Dnae. Julia Corral et Laura Luque PALAESTRAE LATINAЕ admiratores et lectores ferventissimae numerantur aliisque qui fama conspiciuntur.

Classicorum nova editio. Lutetiae Parisiorum opera classicorum capita iterum Garnier filii edere curant. Opera primum edita clarissimis universitatum praceptoribus tradita sunt, quibus recognoscendi et gallice pulcre transferendi commisum est munus. Lectio Latina cum Gallica translatione simul prodibit; Graeci vero scriptores gallice tantum, ut in veteri editione, edentur. Primi voluminis notitiam bibliographicam in supe-

riore PALAESTRAE LATINAЕ fasciculo vide-re potuisti.

Lexicon etymologicum latinum.

Magnam omnium excitavit admiratio-nem lexicon etymologicum (XIX, 1108 p. gr. in 8.^o) nuper ab Klincksieck eleganter editum. Dni. Ernout et Meillet ea seduli-tate atque eruditione, quae in aliis ope-ribus eorum fulsit, hoc locupletissimum Lexicon conscripserunt. In eo, enim, praeter voces simplices, derivatae etiam et compositae traduntur: verborum origo breviter exponitur atque cum Indicis-europeis vocibus Latinae conferuntur.

Lexicon Plautinum.

Recens, edito fasciculo IX vol. II., Lexicon Plautinum «*Logde*» metam attigit. Anno MCMII edi coeptum est, deinde anno MCMXXV fascicula nonnulla diligenter recognita, iterum vulgata sunt.

Nemausi Comitia. Societas G. Budé scientifica comitia primum ordinavit, Kal. April., Nemausi in Gallia celebra-ndā, quae quidem, viri amplissimi et ornatissimi, in Graecis Latinisque discipli-nis adprime versati, frequentabunt. Comitia, quattuor diebus protrahenda, mane in concessibus trium horarum de rebus ad disciplinas classicas spectantibus, philologicas, archaeologicas, paedagogicas, humanisticas, disceptabunt. Post meridiem tamen viri conspicui per vicinas clarioresque urbes peregrinos comita-buntur.

Sed de his rebus alias data opera lo-quemur. J. D.

Libri in actuaria Accepti

Malcovati. «*Oratorum Romanorum fragmenta*». Collegit, recensuit, prole-gomenis illustravit. Vol. I.—250 p.; Vol. II, 220 p. Vol. III. 214 p. (In aedibus J. Bapt. Paraviae et Sociorum.) Aug. Taurinorum MCMXXX.

Capellani. «*De amore libri tres*». Text llatí amb la traducció catalana del segle XIV. (Introd. i notes per A. Pagès.) Castelló de la Piana. MCMXXX.

Georgin. «*Grammaire Graecque*». (Libr. A. Hatier, 8 rue d'Assas.) Paris VI. 216 p. 1932.

Georgin. «*Dictionnaire grec-française*». Libr. A. Hatier 889 p. 1931,

Garlef. «*Dictionnaire latin-français*». Libr. A. Hatier 590 p. 1930.

Capellanus, Georg. — *Sprechen Sie lateinisch?* Ferd. Dümmlers Verlag, Berlin und Bonn, 1929.

Germanus hic prima fronte praecedentis libri tibi videbitur: similis enim externa figura idemque fere numerus plagularum, eadem textus Germani ac Latini dispositio. Hanc vero esse decimam libri editionem, si tibi adsero, id quod est, facile in aestimationis notitiam, qua est a publico acceptus, et commendationis pervenies. Abundantes ibi atque eas explaynate evolutas dicendi rationes invenies de omnis fere cottidiana vita argumentis. Toto in libro perspicuitas splendet atque elegantia sermonis. Dr. Hans Lamer, editionis, quam obfero tibi, confector, ei quidquam addidit considerate de recentissimis vocabulis in sermonem Latinum nuper inventis, quamquam non data opera, quod magis arrideret.

Commendantur profecto, ceteris magis usitatis locationibus omissis, posteriores libri sectiones; nomenclatura geographicā (eadem fere ac libri praecedentis), proverbia, philosophicae sententiae et juridicae, textus ac versus celebriores, curiositates variae. Paucis: hic cum antea laudato libello est tamquam facile eorum argumentorum compendium, quae in conversatione familiari saepius occurunt, quaeque alumnis sunt in primis ediscenda appetenter si in Latina hodierna elocutione et scriptione proficere avert.

I. GONZÁLEZ, C. M. F.

Lucrèce. De la Nature. — *Traduction nouvelle De henri Clouard.* (Libr. Garnier Frères 6 r. des Saints-Pères 6 Paris 1931).

Initio superioris anni apud Garnier editores coepit est nova auctorum collectio Graecorum et Latinorum cum traductione Gallica non litterali

sed litteralia eaque accuratissima. Lucretium Carum uno volumine vertit M. Henri Clouard. De Lucretii vita, opere, doctrina philosophica, numine poëtico agit summatim, compendiarie sed erudite in introductione. Postea ante singulos libros argumentum gallice proponit et textus consequitur ad paginam laevam cum translatione ad dexteram. Quattuor notarum foliis quae maxime conferunt ad quasdam textus sententias acclarandes clauditur pretiosum Lucretii volumen.

Em. JOVÉ, C. M. F.

Mélanges, Paul Thomas. — Bruges, Impr. Sainte Catherine, 35, rue du Tram. 1930. — Pag. LXVII, 757.

Paulus Thomas de bonis litteris adeo bene meritus fuit ut 423 libros et articulos facili calamo conscripsisset. Ad ejus memoriam recolendam opus tanti viri dignum redactum est, opera et consilio egregii philologi Pauli Faider, cui ob improbum laborem susceptum felicemque operis exitum PALAESTRA LATINA congratulatur.

Volumen 78 articulis a totidem auctoribus exaratis coalescit, quibus accedit tabella bibliographica operum Pauli Thomas; enumeratione rerum praecipuarum et auctorum concluditur.

Eximii hujus operis auctores, rei philologicae in unaquaque natione peritissimi, Horatii dictum sibi nuncupare valent:

«Exegi monumentum aere perennius
Regalique situ pyramidum altius.»

Abs dubio enim agitur de vero philologiae clasicae monumento, ut, cuique volumen oculis perlustranti, facile patet. Conspicuum ibi locum habent omnes et singulae artes ad philologiam spectantes, archaeologia, epigraphy; antiquae culturae, religiosis, scientiarum et litterarum historia, renatus denique litterarum et huma-

nismus. Cum singula recensere nequeo studia, aliqua tantum, exemplorum instar, in medio proferam. *L'Esthétique d'Horace et les lettres grecques* (Delcourt) ostendit influxum lyricorum Graecorum in opus Hora-tianum. *Ad Valerii Flacci Argonauticon libros octo* (C. Brakman) seu adnotaciones ad Argonauticon, «quod opus et lacunosum et scatet variis erroribus», *Etude sur l'hexamètre virgilien* (L. Peeters); *La IV Eclogue et Asinus Gallus* (R. Waltz); *Etudes Romaines* (E. Caveignac); et plura alia studia inlustrium virorum de philologia bene merentium, ut Marouzeau, Faider, Carcopino, Herrmann, Guillemin, Galdi, etc.

Studi Virgiliani. - *Publicazione della Reale Accademia Virgiliana di Mantova*. 1930. Pag. 269.

In suavissimo litterarum concertu quo sapientissimus quisque Mantuanum vatem in ejus bis millesimo anno cecinit, priores, ut par erat, partes egit Academia Mantuana Vergiliana. Decem complectitur studia scientifica methodo et arte elaborata, ut ait cl. Torelli, Academae praefectus: «rispondono tutti a criteri di secura serietà scientifica». In his elucubrationibus, Vergilius poësis indoles investigatur (Cessi), de Aeneide et Bucolicis (Curcio, Pohlenz), de Culice et Cata-lepto IX optime disseritur; poëtica Vergili personam mirum in modum ad-paret.

Volumen praeterea ornatur pulchra poësi latine conscripta, cuius auctor Henricus Goelzer, in facultate litterarum Parisiensi professor, Academae Mantuanae dicaverat; altera vero nec minus castigata, auctore Alex. Zapata, cui titulus *Altrix Vergili Ninpha*.

H. MARTIJA, C. M. F.

Berthaut, H. — *Versions Latines*. — (Lib. A. Hartier, 8, rue d'Assas, Paris. VI) Pags. 80.

Jamdiu de bonarum litterarum cultu bene meritus commentarius «Les Humanités» singulis mensibus lectoribus proponit quaedam ex optimis sive Graecis sive Latinis scriptoribus ex-cerpta fragmenta, addita versione et commentario, quae in corpus redacta edita nuper sunt. Ad nos tamen sollempmodo themata in Gallicum verden-da pervenerunt, quae certe maximo esse possunt alumnis emolumento.

Guillemin, A. — *Le Thème Latine à la Licence ès-lettres*. — Lib. Ha-thier, Paris, Pag. 285. — 1931.

His, qui ad ingenuarum litterarum lauream accedere volunt, proponitur opus. Themata quaedam ex praeclarioribus Gallicis scriptoribus praemittuntur, quae Latino ornata sermone, ea, qua auctor pollet in re Latinitatis, scientia diligenter vertit, atque in op-timo commentario exquisitas rationes monumentaque litterarum ex quibus quasi fontibus res hauriatur, recte commemorat. Quae quidem ex aureae Latinitatis scriptoribus et ex Tullio praesertim desumuntur. In toto tamen opere amplius desideratur commentarium ut alumnorum mentes plenius vim naturamque Latini sermonis capiant ac perscrutentur; orationis suavitatem et elegantiam atque clausulas numerose cadentes parum auctor aliquando consecutatur. Ceterum nos semper accepimus centum sine flexione esse (cf. pag. 228: Spatio centorum annorum); nisi ex simili verbi sequentis sono exciderit typographo, quod credimus, quodque nos haud semel in scriptis nostris experti sumus.

Josephus Mir, C. M. F.

Prof. Emmanuel Jové, C. M. F.
Moderator

Typographia F. Camps Calmet, — Tarregae